Marbio 30 (1)

C A R O L V S Q V I N T V S

Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germanię, Hispaniarum, Vtriusq Sicilię, Hierusalem, Hungarię, Dalmatię, Croatię rcª. Rex, Archidux Austrię, Dux Burgundię, Brabantię rcª. Comes Habspur
gi, Flandrię, Tirolis rcª. Recognoscimus et notumfacimus tenore presentium vniuersis. Expositum fuit nobis parte honorabilium religiosarum deuotarum nobis dilectarum priorissę et Monialium Monasterij s.ti Martini or
dinis heremitarum s.ti Augustini in oppido Modoetię degentium, q alias ipsę Moniales à retroactis principibus mediolani obtinuerunt amplam immunitatem et exemptionem de fructibus ad eorum monasterium
à quolibet loco introducendis in dictum oppidum pro earum et ministrorum suorum victu, et alijs quibuscunq rebus earum vitę comodis, absq solutione alicuius datij, pedagij, gabellę, et oneris cuiuslibet
prout in priuilegio superinde confecto latius continetur dicitur. In cuius immunitatis possessione seu quasi, ipsę exponentes, vt asserunt, fuerunt et sunt. Propterea humiliter supplicantes, vt priuilegium et immunita
tem et quasi possessionem predictam confirmare et innouare de benignitate nra Imperiali dignaremur. Nos autem earum precibus inclinati, attendentes laudabilem vitę conuersationem ipsarum monialium,
et ob diuini cultus augumentum, tenore presentium, ex certa scientia, sano accedente consilio, et Imperiali nra auctoritate, predictum priuilegium, cuius tenorem pro expresso habentes, prout iacet de uerbo aduerbum
in omnibus suis punctis, clausulis et articulis, et predictam immunitatem, et dictam quasi possessionem, approbamus, confirmamus et innouamus. Decernentes ea omnia rata et firma ac valida esse, et abom
nibus inuiolabiliter obseruari debere. Mandantes Gubernatori status Mediolani, Presidi et Senatoribus, Questoribus ordinarijs et extraordinarijs, et alijs officialibus quibuscunq ad quos spectat, uel spectabit,
bit, quatenus dictum priuilegium et omnia et singula in eo contenta et exemptionem et quasi possessionem predictas, et has nras confirmationis et innouationis lras, obseruent inuiolabiliter, et obseruari
faciant, nec ipsas moniales occasione predicta molestent, aut molestari permittant. Statutis, decretis, ordinibus, et alijs quibuscunq in contrarium facientibus non obstantibus, quibus omnibus et sin
gulis, quatenus obstent vel obstare possint, eorum tenores hic pro expressis habentes, scientia et auctoritate supradictis, etiam si de eis et singulis specialis et indiuidua esset facienda mentio, hac vi
ce dumtaxat derogamus et derogatum esse volumus. Harum testimonio lrarum manu nra subscriptarum, et sigilli nri appensione munitarum. Datum in Ciuitate nra Imperiali Genue die septima
mensis septembris, anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, Imperij nri vigesimo primo, et Regnorum nrorum vigesimo sexto

Carolus

Vt Perez

Confirmatio Immunitatis Monasterij s.ti Martini Modoetiæ ord. diui Augustini

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878195905-14/fragment/page=0001

31 / 1541 7. Sept.   30/6

Kaiser Carl V zu Gunsten
der Nonnen des Klosters
S. Martin in
Monz[illegible]

Morbio
30 (1)

Monialium sancti Martini Bingiensium

Morbio 30 (1)

anno 1541

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878195905-14/fragment/page=0002

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 30 (1)

C A R O L V S Q V I N T V S

Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germanie, Hiſpaniarum, Vtriuſq Sicilie, Hierusalem, Hungarie, Dalmatie, Croatie &c. Rex, Archidux Auſtrie, Dux Burgundie, Brabantie &c. Comes Habspur
gi, Flandrie, Tirolis &c. Recognoſcimus et notum facimus tenore preſentium vniuerſis. Expoſitum fuit nobis parte honorabilium religioſarum deuote nobis dilectarum prioriſſe et Monialium Monaſterij s^ti^ Martini or
dinis heremitarum s^ti^ Auguſtini in oppido Modoetie degentium, q alias ipse Moniales à retroactis principibus mediolani obtinuerunt amplam immunitatem et exemptionem de fructibus ad eorum monaſteriu
à quolibet loco introducendis in dictum oppidum pro earum et miniſtrorum suorum victu, et alijs quibuscunq rebus earum vite comodis, absq ſolutione alicuius datij, pedagij, gabelle, et oneris cuiuslibet
prout in priuilegio superinde confecto latius contineri dicitur. In cuius immunitatis poſſeſſione seu quasi, ipse exponentes, vt aſſerunt, fuerunt et sunt. Propterea humiliter supplicantes, vt priuilegium et immunita
tem et quasi poſſeſſionem predictam confirmare, et innouare de benignitate nra Imperiali dignaremur. Nos autem earum precibus inclinati, attendentes laudabilem vite conuerſationem ipsarum monialiu,
et ob diuini cultus augumentum, Tenore preſentium, ex certa ſcientia, sano accedente conſilio, et Imperiali nra auctoritate, predictum priuilegium, cuius tenorem pro expreſſo habentes, prout iacet de uerbo aduerbu
in omnibus suis punctis, clauſulis et articulis, et predictam immunitatem, et dictam quasi poſſeſſionem, approbamus, confirmamus et innouamus. Decernentes ea omnia rata et firma ac valida eſſe, et ab om
nibus inuiolabiliter obſeruari debere. Mandantes Gubernatori Status Mediolani, Preſidi et Senatoribus, Queſtoribus ordinarijs et Extraordinarijs, et alijs officialibus quibuscunq ad quos ſpectat, uel ſpecta
bit, quatenus dictum priuilegium et omnia et singula in eo contenta et exemptionem et quasi poſſeſſionem predictas, et has nras confirmationis et innouationis lras, obſeruent inuiolabiliter, et obſeruari
faciant, nec ipſas moniales occaſione predicta moleſtent, aut moleſtari permittant. Statutis, decretis, ordinibus, et alijs quibuscunq in contrarium facientibus non obſtantibus, quibus omnibus et sin
gulis quatenus obſtent vel obſtare poſſint, eorum tenores hic pro expreſſis habentes, ſcientia et auctoritate supradictis, etiam si de eis et singulis ſpecialis et indiuidua eſſet facienda mentio, hac vi
ce dumtaxat derogamus et derogatum eſſe volumus. Harum teſtimonio lrarum manu nra ſubſcriptarum, et ſigilli nri appenſione munitarum. Datum in Ciuitate nra Imperiali Genue die ſeptima

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ M^tis^ proprium

Obernburger